

RESPONSA
HIERONYMI
BUCCAFERREI
PATRITII BONONIENSIS

I. C. celeberrimi, ac in Patrio Archigymnasio Ordinarij dum
viucret Iuris Ciuilis matutinis horis Emeriti Interpretis,
ac Eminentissimi Professoris.

Nunc secundò in lucem edita.

Opus sanè vtilimum, semper expetitur, magistrali, insigni, ac solida etudi-
tione refertum, multas, graues, ac frequentes Quaestiones Ciuiles,
Criminales, Statutarias, Feudales, necnon fideicom-
missarias complectens.

Cum Indice locupletissimo Argumentorum, & Materiarum.



BONONIÆ, Typis Iacobi Montij. MDCLXVII. Superiorum permissu.

HIERONYMI BUCCAFERREI

V I T A

Iacobo Philippo Tomasino Æmonia Episc. auctore,
ex eiusdem libro, Illustrium Virorum vitæ
in scripto, excerpta.



BONONIA ingeniorum fecunda nutritrix Buccaferream gentem, ad eò benigno sinu aluit, ac perpetuis honoribus fouit, vt merito ea & vrbis, & simimetipsi summam gloriam, ac splendorem conseruauerit. Quantum ei summus Philosophus contulerit Ludouicus Buccaferreus iam vidimus. Maiorum seriem in hoc Doctorum Virorum theatro nunc explet HIERONYMVS, Ludouici nepos, vt loco, ita quoq; doctrina ex toto hoc ordine nemini secundus; cuius miram Iurisperitiam, ac probatum in iute dicendo candorem, & supra quàm dici potest cum singulari prudentia fecundiam vix nostrum est dignis laudibus persequi.

VINCENTIUS frater Ludouici Philosophi genuit Franciscum, qui non modò summa pietate, & dexteritate præditus, sed etiam inuicem comitate exornatus magnis Viris, & præsertim Cardinali Palæoto Bononiensi Archiepiscopo mirificè acceptus fuit. Hic uxorem duxit Iacobam Iacobi Phasianini L. C. Collegiati, causarum actoris, & legum interpretis posthumam, & heredem, fæminam tum corporis, tum animi dotibus insignem, ex qua Hieronyma n filium Anno M. D. LII. suscepit. Qui viuacis ingenij, & optimi temperamenti, maiorum imagines statim ab ipsa adolecentia æmulatus, optimi parentis ductu à præceptoribus mira facilitate humaniores literas didicit. Quibus supra mediocritatem eruditus Anno MDLXVI Iacobum Pålum Mazolum consobrinum, Logicæ, & Philosophiæ publicum professorem diligenter audiuit. Sed antequam vterius in hisce studijs progrediretur, anceps aliquandiu hærit, quo se venteret, num se Philosophiæ, an Iurisprudentiæ traditurus esset. Ad illam adolecentis ingenium Ludouici Philosophi patris magni exemplo, & Mazoli consilio ferebatur; inuitabat etiam scientiæ iocunditas, quippe cuius vi abditæ cæli, soliq; mysteria, aliaq; homini ignota patent. Vicit tamen Iacobi aui materni memoria: cuius ille se ingenio sensim accommodans, Iurisprudentiam veluti rerum omnium moderatricem, summiq; ætate præcij apud viros principes magnis conatibus aggrediebatur. Accedebant Iulij Scarlattini Regiensis hortamenta: quem a matris maternæ Conitantiæ Phasianinæ maritum veluti patrem colebat. Nec vano obsequio. Magni enim hunc fuisse iudicij Iurisconsultum testatur Decianus consilio 159. lib. 2. qui & Patavij ipsum docuisse monstrat. Decius quoq; in consilio 547. virum extollit. Bononiæ postea in quinque virum numero Rotæ adscitas eiusdem Urbis Præturam gessit, exinde ciuitate donatus, in ea quoq; vixit a Iocationis munus laudatissimè gessit, cuius doctriinæ monumenta præcipuè extant inter consilia Criminalia diuersorum, & inter consilia Marcianensis.

HIERONYMVS itaque tot, tantisque ingenij, doctriinæque præsidij postquam Annum M. D. LXVIII. abdicata rerum contemplatione in patrio Gymasio Imperatoris Institutiones biennium audiuisset, ad leges Ordinarias se conuulit, Præceptores namque Gl. legum interpretes Ferrante Vetium, & Antonium Glauacium; quibus cum ei summa necessitudo intercessit. Et sanè Glauacius ob miram iuræ in studijs ardorem, ipsam tantopere diligebat, vt ad priuata colloquia sepius admitteret, & inter domesticas literarum contentiones identidem spe maximi profectus hortabatur, vt inceptam studiorum curricula profectetur, Consilio euentus respiciit. In exercitatio nibus enim Academicis, quibus repetitiones Bartholi exponerentur, strenuè se gessit, adeoq; magni ingenij documentis plurimorum commilitonum sibi fauorem conciliauit. Inter eos præcipuus fuit Achilles Pedrocha Brisiensis quem varia eius scripta L. C. clarissimè demonstrant. Animum, & linguam cum domesticis

EX IANI NICII ERITHRÆI

Pinacotheca Imaginum Illustrium doctrinæ,

vel ingenij laude virorum,

Qui auctore superstite diem suum obierunt.

HIERONYMVS BUCCAFERRVS.



Iuvis Bononia, mater Studiorum, Italiz decus, summus
elitronis Ecclesiasticae ornamentum, nunquam ingenijs
hominum caruit, quibus æternam, apud omnes natio-
nes, sui sibi nominis famam, gloriamque conficeret: ve-
rum nostra memoria in Hieronymo Buccaferro, Franci-
sci filio, multum adeptus est claritatis, & laudis. Hic, pa-
tris diligentia, qui & ipse literas amabat, omnibus do-
ctrinis eruditus est, quibus ætas puerilis impartitur, Io. Paulo Muzzolo Phi-
losopho, consobriuo suo, operam dedit, doctore eximio; qui, cum multos an-
nos Bononiae docuisset, euocatus est Papiam, ut ex precipuo gymnasij illius
suggestu adolescentibus studiosis Philosophiæ præciperet. Sed Hieronymi
satis sua sponte propensum ad utriusque iuris scientiam animum, acius etiã
ad id studium impulit Iulij Scarlatini Regiensis, amicitia suæ viri, ac celebris
I. C. à Philippo Decio laudati, hortatio, quem ille in parentis loco dilige-
bat. Sed quantum breui profecisset, primum factum est eius rei periculum
in concertationibus de iure canonico, ac civili, quibus Cardinalis Gabrielis
Palzoti auspicijs publicè se commisit, tum apparuit ex eo, quod dignus ha-
bitus sit, cui ab Antonio Gypso, Berlingerij Cardinalis Gypsi patruo, iuris
utriusque publicè interpretandi facultas tribueretur, atque eodem anno in-
stitutiones iuris civilis explicandi, in eo gymnasio, manus mandaretur. Po-
stremo quantum sibi Bononienses in eius doctrina, atque sapientia, præsidij
constitutum esse arbitrarentur, illud ostendit, quod decies, ac septies, om-
nium suffragijs, coaptatus est inter Antianos, qui honos apud illos amplif-
simus putatur, Erat ad agendas causas aptus, erat ciuitatis regendæ peritus,
sed docendi in primis munere delectabatur, quod nullum ab eo, sicut à ceteris,
æternæ animorum saluti damnum metui diceret. At quatuor, & quadra-
ginta annos, quibus ius civile docuit, tanti ad eum concursus fiebant, ut non
modo locus in subsellijs maturè occuparetur, verum etiam schola, atque
adeo ambulacrum scholæ adiunctum, auditorum frequentia completeretur;
tantum à corona silentium fiebat, ut nemo ne mutire quidem auderet; tam
multæ assensiones, tam crebræ admirationes oriebantur, ut, qui procul aspe-
xisset, summum esse in schola magistrum, & tanquam in scena Roscium in-
telligeret; Erat in eo latinè loquendi diligens elegantia, erat suauitas vo-
cis, ac lenis appellatio literarum, adeo ut Dominicus Casarius, Rhetor
insignis, non ferrea, sed aurea cum esse bucca præditum, prædicaret, erat,
in differendo, mira explicatio, argumentorum copia, in interpretando,
desi-



HIERONYMI BUCCAFERREI I. C. BONONIENSIS RESPONSA.

EPITOME.

Primogenitura, licet confirmata à Domino directo, in feudo antiquo ex pacto, & providentia, etiam iurisdictionis non tenet. Et potest secundogenitus, etiam haeres illorum, qui primogenituram constituerunt, illam impugnare, quanvis per multum tempus tacuerit.

SUMMARIUM.

1 Feudum receptum ab auctore est antiquum, & paternum.

Quando longo tempore possessum est praesumitur antiquum num. 2.

Receptum pro filiis, & descendetibus dicitur ex pacto, & providentia num. 3.

Maxime, quando non est facta mentio haereditatis num. 4.

In dubio praesumitur receptum pro filiis, & descendetibus num. 5.

6 Feudum antiquum, & paternum ex pacto, & providentia non potest, in prauidicium descendenti à primo receptore, de eo disponi, illudque restringi in persona unius, alios vocatos privando.

7 Primogenitura in tali feudo constitui non potest & num. 19. & qua sit ratio num. 8.

9 Fideicommissum in huiusmodi feudo induci non potest.

Qua procedunt etiam si Dominus directus consentiat num. 11. & 15.

Administratio tamen primogenito reservari potest num. 16.

Et qua sit ratio num. 17.

11 Dominus directus non potest recte de antiqua forma inuehitura, ubi agitur de prauidicio tertij.

12 Primogenitura ereclio respicit publicum bonum.

Tamen non licet eam constituere cum prauidicio tertij num. 14. Et de ratione numero. 15.

13 Iurisdictionis melius per unum, quam per plures exercetur.

16 Auctor consulit in causa DD. Comitum de Rengonis, in qua etiam consulere Menochius, & Oddus.

20 Princeps de plenitudine potestatis potest prauidicare tertio, & ius quiritum adimere. Quod maxime procedit, quando ius est acquisitum ex facto ipsius Principis num. 22. Et id sit ob publicum bonum num. 23.

Et ex clausa de plenitudine potestatis ostendit velle vti non ordinaria, sed absoluta potestatis, & derogare iuri communi num. 21.

Non tamen potest ex plenitudine potestatis, qua se cum gesta sunt per viam contractus rescindere num. 24.

Si concessit feudum Primogenito, non potest postea illud alijs communicare, etiam si id esset ex bono publico num. 26.

Nec de cetera si omnibus concesserit potest ad primogenitum restringere num. 27. & 29.

28 Oppositum idem opera. ut in opposito, quodro.